EPIPHANUS / CASSIODORUS
um 1170/1180 Seite 70r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=900
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sufficit multis. scriptorum autem plurimos
fortune antique restituens. reliquis
eorum mercedem scripture precepit dari.
Abscidit quoque etiam publicum cur
sum mulorum. et caballorum quos constantius
publicis iussit utilitatibus ministra
ri. Hec eius opera laudant pauci. plu
rimi uituperant. quia remoto fastu pa
lacii contemptibile uidebatur im
perium. Is etiam noctibus uigilans conscribe
bat libros. et descendens in senatu
publice recitauit. Solus imperatorum
a iulio cesare in curia senatus reci
tauit orationes. Honorabat namque
disciplinarum cultores. maxime phi
losophantes. Quam obrem undique
fama congregabat huiusmodi uiros
emanantes circa palatia. qui circumamicti
pallius magis habitu quam
magisterio pandebantur. erantque gra
ues uniuersi christianis seductores vi
ri. et imperatoris semper religioni fa
uentes. Habens itaque iulianus pluri
mum uane glorie uicium. cunctos ante
se principes lacerauit. in oratione.
quam de cesaribus scripsit. Hac ergo arro
gantia motus. etiam contra christianos
conscripsit libros. Ut uero cocos expelleret
atque tonsores. opus philosophi. non
tamen imperatoris egit. Ut autem detra
heret. atque laceraret. neque philoso
phi neque principis fuit. Sozom. ii.

Fertur itaque mox in ipso princi
pio iulianum sic aperte et im
pudenter negasse fidem christia
nam. ut quibusdam sacrificiis
et inuoca tionibus quas expediti
ones pagani uocant. et sanguine
immolationum nostrum studeret baptis
ma ablui. et abrenunciari ecclesiasti
ce confessioni. Ex illo enim tempore
tam secretum quam publice et in
templis licenter pagani sacrifica
bant. Fertur quia dum aliquando
sacrificaret. ostensum sit ei in uis
ceribus pecudis immolati signaculum
crucis corona circumdatum. Quo
uiso. alios quidem sacrificii minis
tros fuisse per territos estimantes
quippe huiusmodi religionis uirtutem
et christiani dogmatis eternitatem
eo quod corona que circumdabat
crucem. uictorie esset indicium. et
quia ambitus circuli a suo princi
pio nusquam terminaretur. sed ma
gis in semetipsum reuerteretur. Cumque
ceteri mirarentur. princeps huius sci
entie confortauit eos dicens. prospera
et utilia sibi indicia fuisse mons
trata et quia magis signum dogma
tis christiani coerceret. nec ei quo
uellet dilatari liceret. circuli ter
mino consertum. Theod.

Iulianus metuens constantium quia
genere proximos tyrannidis formi
dine perimebat. lectorum sociatus choro.
et diuinos codices populo audiente
legebat. Nam et basilicam martirum edi
ficauit. quam diuina prouidentia
non suscepit. Sozom. iii.

Cum adhuc pueri gallus et iu
lianus in cappadocia morarentur.
aiunt habuisse eos tunc studium
ut maximam basilicam ad sepul
turam martirum mammetis fabrica
rentur. et inter se diuiserunt opus.
Cumque ambo certarent in edifi
cio. ut alter alterum superaret. fertur